UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Imperatorvm Occidentis Acta In Sæcvlo IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

rem:& laborat pro pace Franciæ. *Anno* 896. A Romanis dire exagitatus, Arnulphum vindicem ſuum coronat Imperatorem: & moritur. Eius corpus *ann.* 897. impie tractatur à pſeudopapa. Sed eius innocentiam Deus teſtatur miraculis. Sedit annis 6.

115. STEPHANVS VII. Romanus creator *anno* 897. Sedit annis 4. confirmatus à Clero Rom. ſed ſtrangulatur in carcere *anno* 900. Vah monſtrum pſeudopapæ. De prædictis ſingulis plura *in Varÿs* meis.

IMPERATORVM OCCIDENTIS ACTA IN SÆCVLO IX.

	An. Ch. nati
1. CAROLVS MAGNVS *coronatur; iurat defenſionem Eccleſiæ.*	800
Fert leges pro Eccleſia Rom. & veteres innouat.	801
Monitu Angeli inuenit reliquias: ſcholas vtiq; reſtituit: Florentiã à Gothis euerſam inſtaurat.	802
Pro matrimonio & pace mittit ad Irenen.	803
Bellum cũ Saxonib. finit; & Saxoniam facit tributarium S. Petro.	804
Regnum teſtamento diuidit inter filios, & his Eccleſiæ Defenſorés facit: Imperium relinquit Papæ decernendum.	806
Profligat Saracenos.	807
Teſtatur de bonis mobilibus.	812
Ludouicum filium renunciat Imperatorem.	813
Moritur, & inter Sanctos refertur.	814
2. LVDOVICVS PIVS *coronatur Rex.*	806
Reſtituit diſciplinam Eccl. per Gallias & ſtruit multa monaſteria.	807
Creatur Imperator collega Patris.	813
Solus Imperat.	814
Vindicat Hiſp. & Gallos à Saracenis.	815
Vngitur & coronatur à Papa.	817
Exoculat coniuratorem in ſe Bernardum.	817
Comitia celebrat pro pace Principum: Cõfirmat donationes & Immunit. Eccleſiæ.	819
Iniuriam in fratres luit publica pœniten.	823
De cultu imaginum vult Papam decernere.	824
Pariſiis in Concilio fere ſeductus eſt in cultu imaginum; reducitur à Papa.	825
Concilia diuerſa inſtituit pro reformorum.	828
A Pipini & aliorum conſpiratione liberatur.	830

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

	An. Ch. nati
Conſulit Papam de officio Eccleſiæ.	
Exuitur Imperio à tribus filijs.	831
Reſtituitur.	833
Coercet Lotharium ab infeſtatione Italiæ.	834
	836
Regnum filijs diſtribuit; & Eccleſiæ defenſionem commendat.	838
Perſequitur rebellantem Ludouicum: obit.	840
Petit à Ludouico liberari è purgatorio.	874
3. LOTHARIVS *à patre dicitur Imperator.*	823
Romam miſſus ſchiſma componit: & Conſtituit de Electione Papali.	824
Inſurgit in patrem cum fratribus.	833
Armis fratrum cogitur conciliari patri.	834
Pro monarchia bellans in fratres vincitur regnoq́ exuitur.	841
Exuitur Imperio ab ijſdem.	842
Reſtituitur ab ijſdem.	843
Abdicato Imperio fit monachus, & moritur.	855
4. LVDOVICVS II. *Iunior Romam cum exercitu veniens coronatur Rex Longobard.*	844
Romam ducit in cauſa Francorum in Italia.	855
Officium ſtratoris præſtat Nicolao Papæ.	858
Eccleſiam liberat à fratre Carolo, in quem parat bellum, ſed componit pacem.	859
Debellat Saracenos.	866
Baſilio Imp. or. offert filiam in vxorem.	869
Vngitur in Regem Franciæ: contendit cum Baſilio pro titulo Imperatoris Orient.	871
Capitur à Duce per Baſilicum ſubordinato.	872
Abſolutus per Papã à iuramento vi extorto, ducit in Adelgiſum tyrannum.	873
Moritur.	875
5. Carol. caluus *Ludouici pij filius Rex Franciæ, Lothariũ fratrẽ vincit, regnũq́ cũ Ludouico fratre partitur.*	842
Northmannos cogitur in regnum recipere.	850
Carolum & Pipinum ſeditioſos coercet.	852
Infeſtatur à fratre Ludouico: queſtus de eo apud Papam ei reconciliatur.	859
Vſurpat ſibi regnum Lotharij	869
Impius in filium Carolomannum.	870
Accipitur à dæm. ob conſpirationẽ in patrem.	873
Coronatur Imperator à Papa.	875
Confirmatur in Concilijs per Papã.	876
Inuadens Germaniam vincitur diuinitus à Ludouico: & detrectat ſubuenire Italiæ contra Sar.	876
Bene meretur de literis: veneno tollitur.	877
6. LVDOV. III. *Balbus coronatur Imp. à Ioan.* VIII. *quẽ tuetur, & obit.*	878
7. Carolus craſſus *coronatur à Ioanne.*	881
Auro redimit Germaniã à Northmannis.	882
Repudiat coniugem, repudiatur à ſuis, rerum egeſtate interit.	888
8. Arnulphus *Carolomanni filius Ger. & Gallias affligit vocatis in ſubſidium Hunnis.*	889
A Papa inauguratur, qualiter?	892
Flagitioſus fœdũ ſortitur exitum.	899
Vidonem *alij ponũt pro Arnulpho.*	

Imperatores Orientis.

73. Nice-

	Anno Chriſti nati
73. NICEPHORVS *ex patricio fecit ſe acclamari: Irenem captam relegat in Lesbum.*	802
Redimit pacem à Saraceno ingenti tributo.	805
Ducens in Bulgaros indicit 8. *annorum tributum etiam monachus; victor ſpolians vincitur, cæditur capite propoſito, è cranio fit poculum.*	811
74. MICHAEL Curopalata *pius, pacem reddit Monachis.*	811
Victus à Bulgaris acclamato Leone ſponte cedit, fit monachus.	813
75. LEO ARMENVS *Imperat.*	813
Ex Orthodoxo fit per monachum Iconoclaſta: iubet diſputari de cultu imaginum: nolunt Catholici, ob definitionem perſequitur dire illos.	814
Cauet in perſecutione ſæua ne quis fiat martyr: promonetur necis: à Michaelo confoditur.	820
76. MICHAELVS BALBVS *à cæde cruentus hæreticus Iudaizans vngitur Imp.*	
Exules tamen orthodoxos reſtituit, Permittit cultum imaginum.	820
Iconomachis fauet contra Catholicos.	823
Legat ad Papam de cultu imaginum.	824
Monialem ducit in vxorem hæreſiarcha.	826
Impie moritur.	829
77. THEOPHILVS *Balbi filius impius.*	829
Dirus perſecutor imaginum nec Auguſtæ parcit: necat plurimos.	832
S. Methudium viuum includit ſepulcro.	835
Vincitur à Saracenis.	834
Vtitur ſatidica	841
In agone conuerſus adorat imaginem: mortui anima liberatur è purgatorio ab vxore. &c. Iuſſerat filium reſtituere imagines.	842
78. MICHAEL III. *reſtituit imagines Feſtumque annuum reſtitutionis inſtituit.*	842
Peruerſus ridet myſteria Chriſti.	854
Matrem detrudit in monaſterium.	855
Calumnioſe egit cum Papis, occiditur à coniuratis Baſilij.	867
79. BASILIVS *Macedo ob occiſum Bardam fit Imperator à Michaele. Reſtituit Ignatium eiecto Photio.*	867
Pœnitentiam agit de occiſo Michaele; & Conſtantinum filium adſciſcit in Imperium.	868
Eius humilitas in Conc. VIII. Generali	869
Petit à Papa Bulgariam addi Imperio.	871
Mittit munera ad Ludou. Regem Germ.	872
Remedium contra Photianos petit à Papa.	877
Seductus Photium reſtituit ſuo malo.	878
Luit diuinitus morte Conſtantini	878
Seducitur iterum contra Papam.	879
Sugillans Papam ab eo confutatur	883
Eximie doctus & liberalis fuit: filium Leonem è carcere vocat ad Imperium, moriturque dyſſenteria.	886
79. LEO VI. *Succedit patri, Photium eijcit. Santabarenum magum exocculat.*	886
In Bulgaros ducit Turcas & Hunnos.	893

Excommunicantem ſe Patriarcham pellit. 901

In procinctu contra Saracenos obit. 911

Concilium Generale Sæculi IX. Papis conſonum.

Vnicum id fuit *Conſtantinopolitanum VIII.* Oecumenicum, anno 869. contra Photium Schiſmaticum

Prouincialia plura.

SS. Patrum, & Scriptorum Concordia ſub Papis Sæculi IX.

S. Nicolaus I. Papa ſedit *an.* 862. ſcripſit plures epiſtolas Decretales; quas Gratianus digeſſit; inprimis de Romana Prærogatiua, nulli iudicabilis vnquam; & ne ſpiritalia attingant Imperatores; nec interſint Concilijs, niſi his defendendis, & ad decreta circa laicos accipienda in executionem. Sicque porro de ſingulis ſtatibus conſtituit.

S. Nicephorus Epiſc. Conſtantinopol. ſcripſit *anno* 811. ad Leonem III. Papam; & Chronicon; & contra Iconomachos. Obijt in exilio *an.* 828.

Vſuardus Monachus Gallus, Alcuini diſcipulus, ſcripſit iuſſu Caroli Magni Martyrologium accuratè. Vixit ſub *annum* 812.

S. Ludgerus Friſius puellus percunctanti, quid totum diem egiſſet, aiebat: *Legi, ſcripſi, compoſui libros.*

Te quis docuit talia? DEVS, inquit. Dein profecit ſub S. Gregorio S. Bonifacij ſucceſſore; & toto quadriennio ſub Alcuino. Dauentriæ parochus eruit fana ethnica; quærenti, nec inuenienti, corpus S. Lebuini, hic apparens eum reddit Zeloſiorem. Witakindo Friſiā depopulante, Romam is confugit; vbi Friſiæ præficitur, donante ei Carolo pagos quinque & inſulam. Conuertit Friſios cum Duce: Nortuegos tentauit fruſtra. Monaſterij Epiſc. pro cæco precari rogatus, annuit, ſi pecc. prius expiare Confeſſione velit: confeſſumq; Illuminat. Alium item, dicens: Videas per amorem Dei. Idem furem equorum VVindikindi membratim diſcerptum colligi curauit; orauit; reſuſcitauit; ſanauit. Idem ſuſpendiarium, ſibi petenti negatum, liberauit ſuſpenſum. Precib. multas euertit arbores, vt eſſet locus monaſterio conſtruendo. Innumeris inclytus miraculis VVerdæ requieuit. Accerſitus aliquando ſæpius ad Carolum Magnum, dum preces perſolueret Deo, venire differens, ait Carolo; *cum maiore Domino mihi ſermo erat, quam ſit Carolus.*

Aponius, Commentator in Cantica, tempore eodem floruit.

Paſchaſius Ralbertus Abbas Corbeienſis, de Euchariſtiæ Veritate, inque Threnos ſcripſit, contra Bertramum Sacramentarium primum. Floruit ſub *annum* 820.

Claudius Scotus, ſub idem tempus fuit magnus in S. Biblia Commentator.

Ionas Epiſc. Aurelianen. pro Imaginibus, S. Cruce, & Peregrinatione egregie diſſeruit, *ſub annum* 830.

S. Theo-